



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

LXV. In Ocnum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

LXIV.

Ad D. Carolum Zer-
tinum Baronem.

*Pulcra velut res est virtus: sic CAROLE pul-
Virtutis meritò pulcer habetur honos
Cecus is est, pulcri qui causam nescit amoris:
Cecus ut est, Solis lumina nulla videns.*

LXV.

In Ocnum.

*Canā est barba tibi, coma nigra: rigare Lyco
Nempe potes barbā: non potes, OCNE, comā*

LXVI.

Georgij Helmerici Pro-
fess. Aurimontij Tumulus.

*Constat, & aeterna positum sic denique lege est:
Ut genitum toto perstet in orbe nihil.
Sic tu, qua genitus fueras: hac lege GEORGI
HELMRICE, heu subito mortuus, astra petis
Astra petis, Christi reclusa cruore sacro:
Quem scriptis simul, & voce professus eras:
Chrysorea puero quondam mihi doctor in urbe,
Monstrasti vitæ quum melioris iter.
Matte animi, vir care Deo, salveque, valeque
Semper: & hinc animi collige vota mei.*

Alba